



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou
diakonou ...**

Georgius <Pisida>

Lutetiae, 1585

De procreatione

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70102)

PISIDÆ, MVNDI OPIIFICIVM.

Non vt Sophistæ fabulatores ferunt
 Vnius ortum, alterius obitum existere:
 Nec ceu arbitrantur ex equi cadauere
 Vespas oriri, at ex asello cantharos:
 Apemque nasci de iuueno sedulam:
 Nam forma non mutata generis permanet:
 At semen eius quod prius humi putruit,
 Essentiam ad primam reuertitur suam.

*De Procrea-
 tionc.*

Quis feminum, cùm liberis datur opera,
 Corruptionem in ossium vertit struem?
 Putrescat & nisi semen hoc mortaliū,
 Exanime corpus vt tumulo vteri abditum,
 Conceptione infantulus non fingitur,
 His cum organis, nervis, & ornatu cutis.

1320

*Resurrectionis
 fides à vulne-
 rum curatione
 comprobatur.*

Quis robur ergò conditoris non timet,
 Cùm primum id exemplum, hoc & alterū quoque,
 Nos doceat à corruptione viuere?
 Nobis at insignes imagines licet,
 In mortuorum erectione lucida,
 Præferre, nostrâque indicare vulnera:
 Testesque vibices ibi producere,
 Vocaliores vel tuba clarissima:
 Nam quando sanies putris interlabitur,
 Et fistulam parit igneo de pabulo,
 Haud possit vllus inuenire tabidi
 Membri redintegrationem viuudam,
 Ni fluxerit primùm & vietum corruat,
 Planèque mortifica peresum tabe sit,

1330

Ac pror-